



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

De contemptu mundi & temporalium ex consideratione vanitatis & mutabilitatis & fugacitatis, seu breuitatis eorum, præsentisque vitæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

DIONY. CAR TH. V.

De contemptu mundi & temporalium  
consideratione vanitatis, & mutabilitatis,  
& fugacitatis, seu breuitatis eorum,  
sentisq; vitæ.

Articulus XXIII,

Iob 20.

Augusti.



Aus impiorum breuis est, & gaudum hypocritæ ad instar puncti ascenderit usq; ad cœlos superbe eius, & caput eius nubes tetigeri quasi sterquilinium in fine perderu velut somnium auolans non inuenetur: transiet quasi visio nocturna. Si futura licitatis, æternæq; vitæ eternitatem, soliditatem veritatem, & incorruptibilitatem rite penimus, puto q; mundus iste et præsens vita, temporalisq; gloria nobis ex corde vilescent, nec in bus mundanis affectum spargemus: qui poti semperna gaudia & inuariabilia bona nobis in patria præparata, audiissimo corde q; rem. Cum enim anima nostra immortalis sit, & propter splendorem intellectus omni materiali natura sublimior, nequaq; incorruptibilibus, materialibus, aut transitorijs quiescere debet, sed immortali, inuariabili, ac simplicissimo deo puramente intendere. Nō ergo præsentem vitam, futuram principaliter diligamus: omnem tristitia delectationem, temporalem honorem laudem humanam pro diuinitatis cœlestisq; beatitudinis dilectione ex corde contemnamus. Intum em deo placemus, & futuræ beatitudini pinquamus: quantum ab omni laudis & gloriarum mundanæ vanitatis affectu r. Timo.i. famus, ut dicit Gregorijs. Soli enim deo deb

DE ARCTA VIA SALV. Fo. 43.

tur honor & gloria, a quo omne bonum procedit. Nobis autem confusio vultus, qui toties deum offendimus, in honora mus, negligimus. Non itaque licitum est nobis gloriari in nobis meti ipsi s, aut inanem complaceti am in nobis habere: sed, sicut dicit Apostolus: Qui gloria f, in domino glorietur. Ecce mundus transit & concupiscentia eius. Et quae e vita nostra in seculo isto: nisi sumus & vapor ad modicum par es, qui mox extermi nantur. Omnes sicut aqua in terram dilabimur. Terra sumus, cinis, et puluis, putredo, & vermis. Cum autem mortuus fuerit homo: hereditabit serpentes & vermes. Denique quid est vita pseus, nisi continuus atque celerrimus cursus ad mortem? Incessabiliter enim aliquid vita nostre abscondit. Ideoque David ait: Dies nostri sicut umbra super terram, & nulla e mora. Et Ezechias pessimus. Præcisa (inquit) est velut a texete vita mea. Dum adhuc ordiner, succidit me. Et item beatissimus Job, Memento mei domine, quia ventus est vita mea. Imo nihil e duratio vita huius respectu æternitatis, sicut Job loquitur. Parce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Hinc dicit Chrysostomus. Centum si placet annos demus delitijs: adde & alios centum. Si libet, adde et decies centum quae erit ex his ad æternitatem compensatio? Nonne omne tempus vita huius quo delitijs frui videmur, & indulgere vanitati, quasi noctis unius somnus ad æternitatis comparationem videtur? De hoc dicit Hieronymus, Si haberet sapientiam Salomonis, pulchritudinem Absalonis, fortitudinem Sampsonis, diuitias Crœsi, potestatem Octauiani, quid haec proderunt tibi cum statim caro dabitur vermis, & anima tua dæmonibus? Porro

2. Cor. 10.

1. Ioha. 2.

Iac. 4.

2. Reg. 14.

Ecc. 10.

Job 7.

Crysost.

Hierony..

G iij vt as

D I O N Y S I I C A R T.

Augustin.

vt afferit Augustinus, Adam si adhuc viuere  
& hodie moreretur: quid illi vitæ longitudo pro-  
fuisse? Hæc nunc amantissime profunde perpu-  
de. Qui enim hæc modo attendere negligunt  
certe vel sero & infructuose cum reprobis dici  
in die iudicij, Errauimus a via veritatis, &  
sticæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentia  
non est ortus nobis. Quid nobis profuit superbi  
aut diuitiarum iactantia? Quid contulit nobis

Job 20.

Transferunt omnia illa tanquam umbra, &  
tanquam nuncius præcurrentis. Deniq; tunc re-  
labunt coeli iniquitatem & vanitatem amato-  
rum huius mundi, et terra aduersus eos consurge.  
Tunc manifestum erit peccatum eorum, cum hi  
qui dixerunt deo, Recede a nobis scientiam vi-  
rum tuarum nolumus. Tunc pugnabit pro deo  
contra eos orbis terrarum. Luent omnia qua-  
cerunt, nec consumentur: iuxta multitudinem  
inventionum suarum sustinebunt. In diem eni-  
perditionis seruatur malus, et ad diem furoris  
cetur, & de furore omnipotentis bibet. Hæc no-  
tem tuā perterreant, a mundo auertant, deo ci-  
iungant. Præterea in hoc innotescit vanitas mu-  
ndi, quod prosperitas & lætitia eius cum inge-  
nuitate expectatur: & cum venerit, teneri no-  
poteat: sed transeunt omnia, & euolant cuncta.  
Præterit ista dies: nescitur origo secundi, an lab-

Augusti.

an requies. Sic transit gloria mundi. Ideo Aug-  
ustinus inquirit, Quid vis, utrum amare tem-  
pore, & transire cum eis; an Christum diligere  
que cum eo æternaliter vivere? Siquidem, ca-  
Hierony.

Hieronymo,

difficile, imo impossibile est, ut pri-  
sentibus quæ & futuris fruatur bonis: ut et hic vi-  
trem, & ibi mentem impleat: ut a delitiois addi-

DE ARCTA VIA SALV. 44.

litias transeat: ut hic & in futuro gloriosus apparet. Mundanarum autem & temporalium rerum contemptibilitas elucescit ex hoc, quod frequent' deus dat eas abundantius hostibus suis seu reprobis, quam electis. Electus vero ex fine considerat nihil esse quod transeunter seculariter que delectat. Ea proter dicit Hieronymus, Festi- Hierony..  
na consolatio bonorum, est consideratus finis ma-  
lorum. Dum siquidem ex reproborum interitu  
conspiciunt malum quod euadunt: leue arbitran-  
tur quicquid in vita hac patiantur. Ecce charis-  
sime quanta fallacia seculi, & quanta cæcitas  
amatoris eius. Dum enim libenter & iucundissi-  
me moratur in mundo, diuque viuere sperat, ac  
in futurum multa disponit: repente & improvi-  
se mori iubetur, & vniuersa quæ vitiose dilexit,  
in momento relinquere. Vnde Christus Lucae  
duodecimo refert diuitem sic sibi ipsi loquutum,  
Anima habes multa bona reposita in annos plu-  
rimos: requiesce, comedere, bibe, epulare. Dixit au-  
tem illi deus: Stulte hac nocte animam tuam re-  
petunt a te. Quæ autem parasti, cuius erunt?  
Veras ergo & spiritales diuitias congregemus,  
quæ nos in hora mortis non deserant, sed coram  
deo appearant, nosq; virtutibus speciosos con-  
stituant. In his diuitijs potes quotidie bene profi-  
cere, sic vt talis profectus tibi vere salubrior sit:  
quam si omnes mundi diuitias possideres. Nul-  
lum igitur temporis spacium vane expendas.  
Nec solum opto te occupari in bonis, sed in me-  
lioribus: ut semper inquiras viciniora saluti, &  
deo viciniorias, sicque reuerenter & vere nos Hebr. 6.  
bilibiter coram diuini vultus præsentia conuerse-  
ris.

Cogita atque recogita quietem &  
¶ iij pacem

DIONYSII. CARTHUSI.

pacem puri cordis, delectationem animæ deum contemplantis, securitatem & spem mentis deum amantis: scies quod talibus intendere sit deformiter vivere, quodq; cæcus sit qui alijs deditus est. Nonne omne creatum est defectuum, & omne transitorium inquietum? Breue quoq; & modicum est arc; mutabile, quod temporis subiacet. Idcirco mundi amator nil firmum aut stabile habet: sed leuis est ipse & inconstans, tanquam in vertigine positus: cū non in solo deo sed in omnibus vanis & transitorijs delectationem efflagitat, nunc istud nunc illud affectans, nunc quod amabat fastidens, nunc aliud nō consideratum concupiscens. Iustus vero & dei amator, tranquillus, uniformis, & stabilis perseuerat tanquam immobili fundamento deo æterno

**Pro.10.** fundatus. Propter quod Salomon loquitur, Quasi tempestas transiens impius non erit. Iustus autem quasi fundamentum æternum. Insuper amato

**Augustin.** toribus mundi condolens Augustinus exclamando alloquitur eos. O amatores mundi, quid labo ratis, cur vos ipsos affigitis circa nihil: cū creatorem omnium possidere possitis? Quid amplius queritis: quid sufficit homini, cui conditor ipse nō sufficit? Si enim omne bonum facile habere valletis ( scilicet deum ) cur nitimini plena miserijs possidere? Maior ne esse poterit spes vestra i mūde, quam ut amici sitis mundi; ibi quid non fragile, quid non caducum, quid non mutabile plenumque periculis, per quæ ad maiora & sempiterna pericula peruenitur? De vanitate quoque vitæ mundanæ, dicit Hiero. O vita non vita, sed mors, vita fallax & onusta tristitij, imbecillis, & ymbratica, nūc flores, & statim arescis: vita pruas

Hierony

I.

DE ARCTA VIA SAL. Fo. 45.

priuans cui ines vita fragilis, vita momentanea & ca duca: quæ quanto plus crescis, tanto magis decrescis. Quum plus procedis, plus ad mortem propinquas. O vita plena laqueis, quot in mundo laqueas homines, quot per te iam sustinent infernalia tormenta. O quam beatus qui tuas cognoscit fallacias: quam beatior qui de tuis non curat blasitijs uanis: quam beatissimus qui te hunc priuatus est.

Quod contemnedus est mundus, & ea quæ mundi sunt, propter eorum maliciam & continuam lesionem quam suis amatoribus ingreditur.

Art. XXXIII.

 OTUS mundus in maligno positus i. Iohann. 5. est. Nonne malignitate plenus, et maligno subiectus, seu dæmoni subditus est mundus. De quo idem ait, i. Iohann. 2. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Iniqui namque, ut Petrus docet, sunt serui corruptionis, & peccati 2. Pet. 2. ui. A quo enim quisque superatus est, huius & seruus est. Qui autem est seruus peccati, est utique seruus diaboli. Vnde de impijs loquitur Paulus, Re 2. Timot. 2. si pescant a laqueis diaboli, a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Hinc Christus in euangelio dæmonem nominat principem huius mundi: non utique machinæ mundialis, sed hominum mundanorum, qui a deo auersi in terrenis depresso sunt. De quibus Hierem. xvij. ait ad dominum, Recedentes a te, in terra scribentur. Cōtra quod Christus ait electis, Gaudete & exultate, quoniam nomina vestra scripta sunt in celis. Denique secundum expositionem venerabilis Bedæ in p̄-Beda inductis verbis Iohannis, per ea quæ in mun-

G v do